

9-3-1110. Domingo Vellitiz dona al monasterio de Sahagun, para salvacion de su alma, todas sus heredades del valle de Riaño: su parte en la iglesia de San Cristobal, donde nace el Esla, y toda su heredad; y su parte en otra heredad de Gargallo. Reitera su donacion de todo lo que tiene en dichos lugares, incrementada por todo lo que pueda conseguir o poblar en Gargallo, puesto que tiene alli divisa.

Pone como condicion seguir disfrutando de dichas heredades mientras viva y lo mismo su hijo (juntamente con otras del monasterio, sitas en Sajambre, Riaño y Riazó), si sirven con ellas a Sahagun; ya que si, por su culpa, hacen lo contrario, lo perderan todo.

Segun Eutimio Martino (la montaña de Valdeburon), Divisa es el nombre latino de la hijuela, o suerte de una herencia.

COLECCION DIPLOMATICA DEL MONASTERIO DE SAHAGUN TOMO IV PAG. 10

DOC. 1177 JOSE ANTONIO FERNANDEZ FLOREZ

(Christus). In nomine miseratoris Geniti, Patris, uidelicet, et Spiritus Sancti, qui est unus et uerus Deus, in Trinitate permanens coeternus, qui regnat per numquam finiendam secula seculorum. In ipsius nomine necnon in honore beatorum martirum Facundi et Primitiui, quorum baselica extat fundata super ripan fluminis qui dicitur Ceia, in quo loco presidet Diacus, abbas, regens congregatio monachorum ibi Deo seruientium. Ego Dominico Uellitiz facio cartulam testamenti ad ipsos martires uel uobis domno Diaco, abbate, uel fratribus qui ibi sunt uel fuerint, pro remedio anime mee, de omnes meas hereditates quantas habeo in ualle de Rianguolo. Imprimis, in loco ubi oritur Estula, mea porcione in illa ecclesia de Sancto Christoforo et illa mea hereditate ab integro; et alia ereditate in Gargallo, mea porcione. In istos locos, quantum ibi habeo uel habere debeo uel quantum potueritis populare in Gargallo, quia divisa ibi habeo, totum a parte Sancti Facundi concedo, cum terris et pomeribus, fontis et pratis montibusque et molendinis, accessum et regressum uel quantum in ipsas hereditates adprestitum hominis utile uidetur aut iudicatur. Tamen, racione seruata, ut teneam ego eas in uita mea et filius meus Petrus in uita sua, cum alias hereditates de Sancto Facundo, id est, de Saliame et de Rianguolo et de Riazó, et seruiamus a seniores de Sancto Facundo cum ipsas hereditates; et nec uendamus de illas nec donemus alicui, sed edificemus et plantemus et populemus eas sicut melius potuerimus. Quod si ego aut filius meus Petrus non fuerimus de Sancto Facundo, aut culpa facerimus a parte Sancti Facundi, que cunctis pateat que careamus ipsas hereditates ab integro. Quod si culpa non facerimus nec peculiare in loco alio tenuerimus et ipsas ereditates in quantum potuerimus populauerimus, ut abbas Sancti Facundi uel fratres qui ibi fuerint non tollant nobis eas in omni uita nostra.

Quod si aliquis homo, nobilis uel ignobilis, hunc meun factum irrumpere temptauerit, quisquis fuerit, imprimis sit extraneus a corpore Christi; et pariat a parte Sancti Facundi quantum in contemptione miserit in duplo uel triplo et

desuper CCC solidos. Et hunc scriptum sit omni tempore firmum.

Facta carta era I C XLVIII et quod VII idus marcii. Regnante rege Adefonso Aragonensi et Urraka regina qui et conf. Ego Dominico Uellitiz, una cum filio meo Petro et cum omni uoce Sancti Facundi, hunc scriptum roboro (signum).

(1^a col.) Bernardus archiepiscopus Toletanus conf.-Petrus episcopus in legione conf.-Pelagius episcopus in Oueto conf.

(2^a col.) Petrus comes conf.- Froila comes conf.- Gomizo comes conf.

(3^a col) Petro Iohannes conf.- Ecta Rodriquiz conf.- Micael Uellitiz conf.

(4^a col.) Pelagio testis.- Petro testis.- Dominico testis.

Monnio notuit et confirmat (monogramma: MONNIO)